



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinae, 1603

Vita Lvdovici, Episcopi Tolosani, ex Tiplomate Ioannis XXII. Pontificis
Maximi, quod extat apud V. P. Surium & egregio quodam M. S. codice
Tempus obitus eius patet infrà.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42728

VITAS. LVDOVICI, EPISCOPI TO-

losani, ex Tiplomate Ioannis XXII. Pontificis
Maximi. quod extat apud V. P. Surium & e
gregio quodam M. S. codice Tempus obitus eius
patet infra.

Vide Not. C.

Baronij in

Martyrol.

Röm.

LVDOVICVS eximius Christi Cōfessor, 19. Augu.
clarissimo stēmate prognatus, patrē ha-
buit Carolū, Siciliæ Regē, matrem verò
Mariā, Regis Hungarorū filiā. Genus sanē illu-
stre; & quod alijs superbix fomité administra-
re solet, hoc adolescēti huic prater communē
naturæ modum admirandæ humilitatis ac san-
ctitatis suppeditaui materiā. Nam vt à tene-
ris virtutē vnicē adamaui, ac diuino inprimis
cultui miro studio vacauit, ita postquam quar-
tumdecimū ætatis suę attigit annum, adeo stre-
nuē vitiliterq; fastu mundanæ gloriæ, calcato,
Christianæ fidei ac religionis ōpera sectat⁹ est;
vt cunctis haud parnam sui admirationē com-
moueret. Nō enim abiectō & effoeminato ani-
mo umbras virtutū captabat; sed excelsō pla-
nē atq; virili, solidas in pectoris sui seriniū in-
gerebat virtutes. Ea ætate adolescēs, fuit Patris
redimendi causa obses cum duobus ē suis fra-
tribus in Cataloniam ductus; cumq; vñā cū
alijs militari custodia teneretur, ipse seniores
iunior miris rationibus consolabatur, & qua-
si iam ex alto cæli cardine mundanæ gloriæ
& fortunæ ludibrium despiciebat, & cum ver-
bis tum factis ostendebat, nihil esse calamito-
sius homine illo, qui in incerto diuitiarū, aut
magna spe honorū fœlicitatē collocat. Hinc
vt animum magis magisq; contra aduersos ca-

Ludonici re-
gia prosapia;Egregia pie-
tas & vir-
tus Ludonici
in iuuenili
etate.

sus omnes roboraret, oblata in eo exilio opportunitate, animum artium maximarum disciplinis imbuendi, præclare est usus. Toto namque septennio, fratres Minores, insigni pietate ac eruditione viros, indiuiduos exilij sui socios habuit; quorum præceptionibus tantos in literis processus fecit, ut haud vulgarem, de rebus maximis ac Theologicis, dicendi facultatem consecutus sit. Solo verò pietatis & devotionis studio ductus, horarias preces, iuxta ritum fratrum minorum summa cum animi attentione persolvebat: extensisque brachijs, dictum mirum, quanto ardore contemplationi Domine cæ passionis inhærebat ac eiusdem Officij legebat, Vigilijs insuper, ieiunijs, & alijs corporis afflictionibus rebelles carnis motus spiritui subdebat: ac postremo, cælesti pane, sacrosancti Christi Iesu corporis, frequenter se muniebat.

Pia eius exercitia.

Tandem pace, inter patrem eius & Aragonie Regem, restituta, eo tempore, quo nuptiæ sororis eius, causa pacis, celebrabatur, Ludovicus præsentibus duobus Regibus, totidemque Apostolicæ sedis Legatis, palam accepta tonsura, mudo, eiusque pompis renunciavit. Inde Romam cum patre & fratribus profectus, & à Pontifice Bonifacio honorificè exceptus, subdiaconus ordinatus est. Cumque multò tunc ardentius ad perfectionis apicem sibi annitendum esse putaret, cerneretque curiæ strepitum sibi vehementer impedimento esse, quò minus rebus cælestibus pro voto vacare posset: ilicò se Neapolim cõtulit; ubi factus Diaconus, paulò post sacerdotio initiatus est. Porro ut altioribus

Renunciat mundo.

Fuit Subdiaconus.

Abiit Neapolim & sic Diaconus & Sacerdos.

ribus
ctus
noru
nis
Int
fundi
mo
Ludo
rudi
nistr
dou
mue
verb
fess
inst
hum
ligi
Chr
omn
tis
fule
præ
tiz
figu
ac f
loc
cle
en
fa
on
di
Re
la

ribus adhuc iacrarum literarum scientijs pe-
ctus locupletaret, quodā in loco, fratrum Mi-
norū habitationi se adiūxit; eorumq; discipli-
nis sanè sanctissimis, animum egregiè imbuir.

Interea Tolosanus antistes, vitæ munere per-
functus, Ecclesiæ illius curam, Bonifacio sum-
mo Pontifici reliquit; qui perspecta iam antè
Ludouici pietate, pariterque prudentia, ac e-
ruditione singulari, eum ad sedem illam admi-
nistrandam euocauit. Recusauit instanter Lu-
donicus, negauitque se aliquod Ecclesiastici
muneris officium suscepturum, nisi prius in
verba, regulamque D. Francisci solenni pro-
fessione iurasset, seseq; totum sanctissimo illi
instituto consecrasset. Miratur Pontifex viri
humilitatem; obstupefcunt alij ad tantum re-
ligionis ac pietatis amorem, ille verò totus in
Christo absorptus, abiectis vestibus cultiorib⁹,
omnib⁹q; regis dignitatis calcatis ornamen-
tis, Franciscanæ religioni nomen dedit, ac vili
suscepti ordinis indutus habitu, nodosoque
præcinctus fime, strenuum se Christianæ mili-
tiz athletam exhibuit. Non diu admodum sub
signis illis militauerat, cum Pontifex inuitum
ac frustra reluctantem in Sede Tolosana co-
locat: ac Episcopali dignitate ornatum, ad Ec-
clesiæ munia strenuè viriliterq; obeūda cogit.

Igitur auctoritate Pontificis victus obedi-
entia cessit, seseque totum ad animarum curā
sanè diligenter comparauit. Et quidem inter
omnes virtutes, humilitatem præcipuè mor-
dicus in sese tutatus est; prorsus vt oblitus se
Regis filiū, oblitus Episcopum, pedes pauperū
lauaret, & pupillorum oculos lustraret; ijsque

Dedit se in-
stituto D.
Francisci.

Fic Episco-
opus.

Insignis eius
humilitatis.

*Eximia in
pauperes
charitas.*

*Vide quibus
ecclesiastica
contulerit
beneficia.*

*Tempor in re-
ligioso, val-
de periculo-
sus.*

*En quanta
seueritate
delicias
Regis filius
carnem do-
muerit.*

non solum larga manu subueniret, sed etiā reuerenter admodum cibum potumq; ministra-
ret; manus pedesque ablueret; brachijs amoris
ardentissimi stringeret, oscula figeret; ac deni-
que haud aliter quā ipsamet Christi viscera
reficeret. Porro erga superbos & tumidos pec-
catores iustitiæ seueritate; lapsos tamen, quan-
quā grauissimè, nequaquā despiciēbat, sed
in spiritu lenitatis corripiens, summa ope, ad
rectam iustitiæ semitam reducere conabatur.
Beneficia verò ita conferebat, vt nulla vel cō-
ditionis, vel fauoris, aut precum habita ratio-
ne, solos mores, scientiamque accuratè discuti-
teret, eosque solos beneficijs ac dignitatibus
ornaret, qui cæteris & morum grauitate, &
prudētia ac pietate præstabant.

Interim verò prudenter secum conside-
rans, quod sicut cibus corporeus, nisi salia
acrimonia condiatur, citò corrumpitur; sic
vitæ sanctimonia facillè labascit, nisi poeniten-
tiæ austeritate fulciatur: totis in id viribus in-
cubuit, vt propriam carnem & victus parsi-
monia, & asperitate vestium, vigilijs, ieiunijs,
curis denique ac laboribus domaret, & spiri-
tui sinè vlla rebellionē parere cogeret. Cinge-
bat nodosa veste carnem delicatam, & strami-
ne aspero pro indusio utebatur; & si quando
vel paululum caro aduersus spiritum insurge-
ret, mox ferreis catenulis, motus omnes ratio-
ne vacuos comprimebat; fractoque hoste, car-
ne inquam, spiritum cælestibus delicijs mirifi-
cè recreabat.

Vrgentibus Ecclesiæ causis, cum aliò profi-
cisci cogeretur, diuersas Italix & Gallix lu-
strans

trans regiones, diuini verbi semine vbique
 sparso, tandem Lutetiam Parisiorum appulit; *venit Parisios.*
 vbi diebus admodum paucis, non sine fructu ex-
 actis, superatis Pyrenæis montibus, peragrata-
 que Catalona, in Prouinciam reuersus est. Ibi *Praclara a-*
 tanta auuiditate, diuinas illius conciones exce- *im conciones.*
 pit populus, vt, facto ad eum concursu, quidā
 in mortis discrimen adducerentur. Diuina tan-
 dem dispensante clementia, cum breui explēs-
 set tempora multa, sanctus antistes in eo loco,
 qui Brimonia dicitur, annos natus triginta
 tres, ardentium vi febrium correptus, anno sa- *Moritur qu-*
 lutis 1297. 14. Kal. Septembris è corporis vin- *no etatis*
 culis, in cælos migravit. Funus fuit festiuo gau- *sua 33.*
 dio lachrymis mixto, Massiliæ, in Ecclesia fra-
 trum Minorum honorificè curatum; vbi, miri-
 ficante Domino sanctum suum, cæcis, surdis,
 claudis, mutis, paralyticis, hydropicis, cæteris *Miracula ad*
 que morbidis, præstantur remedia, ab eo, qui *sepulchrum*
 facit mirabilia solus, viuens & regnans per in- *eius.*
 finita secula, Amen. *Psal. 71.*

VITA S. BERTVLPHI ABBATIS *vide Tom 8.*
caroli Bobiensis in Italia: ex ea qua est apud anal. C. Ba-
lonam Monachum, eius contemporaneum. Flo-
renti.
runt temporibus Honorij Papa: qui sedit anno
salutis 626. & sequentibus.

Bertulphus claris admodum ortus nata- *19. Augu.*
 lib. beato Arnulpho Metensi Episco- *a istius vitæ*
 po sanguine cõiunctus fuit. Cuius pijs- *habet Lectur*
 simis vestigijs insistentes, posthabito patre, negle- *16. Augusti.*
 cto natali solo, spretis seculi pompis distri-
 butis in egenos omnibus suis facultatibus,